

# Ziber

Darium alexander debellauit proxima syriae Totam eam macedones mygdoniam cognominauerunt a similitudine. Oppida alexandria: ite antiochia. qua nyfirim uocant. abest ab artaxatis. dcc. mil. pas. Fuit & ninus imposita tigris ad solis occasum spectans quondam clarissima. Reliqua uero fronte qua tendit ad caspium mare atrapatenae ab armenia otene regione discreta araxe. Oppidum eius gazae ab artaxatis quadringenta quinquaginta. mil. pas. Totidem ab ecbathanis medorum: quorum pars sunt atropateni.

Media caspia portae caucassiae. Capi. xiiii.

**E**cbatana caput mediae est. Seleucus rex condidit. a seleucia magna. dcc. mil. pas. a portis uero caspiis. xx. mil. Reliqua mediornm oppida phausya & aganzua: apamea raphane cognominata. Causa portarum nomen eadem quae supra: interruptis angusto transitu iugis: ita ut uix singula meent plaustra: longitudine. vii. mil. pas. toto opere manufacto. Dextra leuaq; ambustis similes impedit scopuli sitiente tractu per. xxxviii. pas. angustias impedit corruatus salis e cautibus liquor: atq; eadem emissus. praeterea serpentium multitudo nisi hyeme transitum non finit.

Gentes circa hyrcanum mare. Capi. xv.

**T**Diabenis connectuntur carduci quondam dicti: nunc gordyenos praefluente tigris. hyspratae pare redoni appellati qui tenent caspias portas. Iis a lateri occurrunt altero deserta parthiae & cythenis iuga. Mox eiusdem parthiae amenissimus situs qui uocatur choara. Duae urbes ibi pharthorum appositae quondam medis: cauliope: & alia in rupe issatis quondam. Ipsius uero parthiae caput hecatompylos adest a portis. cxxxiii. mil. pas. Ita parthorum quoq; regna foribus discluduntur. Egressos portis excipit protinus gens caspica ad littora usq; quae nomen portis & mari dedit. Leua montosa. Ab ea gente retrorsus ad cyrum amnem produntur. ccxx pas. Ab eodem amne si subeatur ad portas. dcc. mil. pas. Hunc enim deinde cardinem alexandri magni itinera fecere. Abiis portis ad indiae principium stadia. xv. dc. lxxx. mil. procedendo ab baetra oppidum: quod appellant zari aspa milies tria. dcc. mil. Inde ad iaxartem amnem. v. mil.

Item gentes. Capi. xvi.

**C**aspiis ad orientem uersus regio est zapauortene dicta: & in ea fertilitatis iclytae locus darium mons: gentes tapyri: anariaci: stauri: hyrcani: a quorum littoribus idem mare hyrcanum uocari incipit a flumine sideri. Citra in amnes mazeras stratos: omnia ex caucaso. Sequitur regio margine apricitatis inclytae: sola in eo tractu uitifera. Undiq; insula motibus amenis: ambitu stadiorum mille quingentorum: difficilis aditu propter harenosas solitudines per. cxx. mil. pas. & ipsa contra parthium tractum sita. In qua Alexander alexandriam condiderat: qua diruta a barbaris. Antiochus seleuci filius eodem loco restituit seleuciam. Nam interfluente margo qui corruatur in zotale. is maluerat illam antiochiam appellare. Urbis amplitudo circuitu. lxx stadiis. In hanc Orosius romanos crassana clade captos deduxit. Ab huius excelsi per iuga caucasi tenditur ad baetros usq; gens mardorum fera sui iuris. Ab eo tractu gentes ochani chomari: berdrigei pharmacotrophi: boma rei: coamani: marucei: mardrieni: iatii. Flumina mandrum: cridinum. Vtraq; chorasmi: gandari: atasini paricani: sarangae: parrasini: martiani: nasotiani: aorsi gelae: quos graeci cadusios appellauere: matiani. Oppidum heraclea ab alexandro conditum: quod deinde subuersum ac restitutum antiochus achaida appellauit. Derbices: quorum medios fines secat oxus amnis ortus in lacu oa. Symatae: oxii: tagae: bateni: sarapatae: baetri quorum oppidum zariape: quod postea baetrum a flumine appellatum est. Gens haec optinet aduersa montis paropa misii: & aduersus fontes indi. Includitur flumine ocho. Ultra sogdiani oppidum panda: & in ultimis eorum finibus alexandria ab alexandro magno conditum oppidum. Arae ibi sunt ab Hercule & Libero patre constitutae. item Cyro & samiramide atq; alexandro. Finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum includente flumine iaxartae: quod sithae silyn uocat alexander militesq; eius tannain putauere esse: Transcendit eum amnem Daemonas seleuci & antiochi regum dux: quem maxime sequimur in is: arasq; Apollini dydimeo statuit.

Scytharum gentes. Capi. xvi.

**U**ltra sunt scytharum populi. Persae illos sacas uniuersos appellauere a proxima gente. antiqui arameos. Scythae ipsi psas chorlarios: & caucasum montem graucasum: hoc est niue candidum Multitudo populorum innumera: & est cum parthis ex aequo degat. Celeberrimi eorum sacae masagerae: dahae: essedones: ariacae rhimnici: perstithomoti: histi: edoes: camae camacae: euchar: cotieri: antariani: pialae: arimaspi: antea cacidiri: asaei: oetei. ibi napei iterisse dicunt & appellati. Nobilia apud eos flumina madagreu: caspasum. Nec in alia parte maiorem auctorum inconstantiam credo propter innumeras uagasq; gentes. Haustum ipsius maris dulcem esse & alexander magnus prodidit: & M. Varro tallem praelatum pompeio iuxta res gerenti mitridatico bello: magnitudine haud dubie influentium amnium uicto sale. Adicit idem Pompei ductu exploratum in baetros: vii. diebus ex india perueniri ad icarum flumen. quod in oxum influat. Et ex eo per caspium in cyrum subuectos. Et quae

Mardrum

Oxia  
Oxyta  
gae

erfici  
Amordi